1290. Dicembre.

Milano.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Morbio 15 (7)

(S.T.) In nomine domini. Anno a nativitate eiusdem millesimo ducentesimo nonagesimo. Die Veneris primo mensis decembris. Indictione quarta. Promisit et vadiam dedit et se et omnia sua
bona pignori obligavit Castellus qui dicitur Mutus filius quondam Zanebelli Maguti qui habitat ad Cassinas de Arzia de Grungellis Ubiano filio quondam Carli Grungelli porte Horientalis civitatis Mediolani quod dabit
et solvet eidem Ubiano hinc ad annum unum proxime futurum denariorum bonorum Mediolani tantum in pecunia numerata libras quadraginta octo tertiolorum cum omnibus usuris et expensis et dampnis et interesse que curreret
seu fierent vel tollerarent pro predictis denariis petendis et exigendis termino preterito. Et cum omnibus expensis que fieret pro petendis et exigendis usuris et expensis et dampnis et interesse dicte sortis.
Quos denarios predictus Castellus fuit confessus et contentus se eidem Ubiano dare debere et teneri pro precio duorum boum rubeorum capolum et unius plaustri et unius masse et unius aratri et unius
erpesis et modiorum sedecim misture sicalis et milii equaliter. que omnia ei dedit et vendidit ut predicta omnia et in omnibus predictus Castellus dixit et protestatus et confessus fuit. Renuntiando omni exceptioni et exceptioni
non receptorum boum et plaustri et masse et aratri et erpesis et predicte misture et non debendorum denariorum predicta de causa et omni probationi in contrarium. De quibus nominatis bubus et plaustro et massa et aratro et erpese
predictus Ubianus in se retinuit dominium donec de predictis denariis sibi fuerit integre satisfactum. Que omnia fecit predictus Castellus ita quod ad predicta omnia possit omni tempore conveniri et agi
contingerit occasione predictorum. Renuntiantes quod non possit nec aliquo tempore opponere vel allegare aliquam dillationem causarum vel ferias nec dare in solutum ipsi Ubiano pro predictis denariis vel aliquo dampno
vel expensis vel interesse vel aliqua alia restitutione cartas vel notas debiti communis Mediolani nec aliquid aliud quam pecuniam numeratam. Et constituit se predictos boves et plaustrum et massam et
aratrum et erpesem et omnia alia sua bona nomine ipsius Ubiani possidere. Ita quod ei liceat ubique invenerit predictos boves et res vel aliquam earum vel de aliquibus aliis bonis ipsius Castelli occu-
pare capere et detinere et in possessionem intrare et robare et contestare et sequestrare et vendere et alienare et in solutum retinere sua auctoritate absque nuntio iudicis et sine fine et banno vel alia convenctione sive
ad plenam et completam solutionem et satisfactionem. Et renuntiavit omni accusationi et deffensioni et quod non possit dicere ei vim vel violentiam factam esse nec ipsum Ubianum in causam fatigare nec sibi libellum
petere nec petitionem in scriptis nec exemplum carte nec alium terminum vel prorogationem et omni alii iuri et auxilio et deffensioni usus et legis iuris et facti quibus se tueri vel iuvari possent.
quibus omnibus et singulis renuntiavit ex certa scientia et pacto speciali. Actum in parochia Sancti Pauli in compito porte Horientalis in domo dicti Ubiani. Coram Aratonino dicto Bechino filio Pauli de Ope-
nago porte Horientalis pro notario. Interfuerunt ibi testes Bonardus filius quondam Federici Grungelli notarius primum et Lafrancus filius quondam Alberti de Beliossis de Cassano et Comes filius quondam Viventii Bronzie qui
habitat foris a pusterla de Azus. c. m. omnes.

(S.T.) Ego Iacobus filius Rugerii de Meriate porte Vercelline c. m. notarius tradidi et scripsi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815770902-17/fragment/page=0001
DFG

1290. primo Decembris

Morbio 15 (7)

Car(ta) obligacionis qua(m) fecit mugius de
c(on)t(r)a vbiano giurnigallo

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1815770902-17/fragment/page=0002